



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

10. Quo tempore præceptum fidei diuinæ obliget.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

uentibus necessaria est necessitate præcepti actus  
& explicita fides articulorum, saltem secundum ip  
rum substantiam licet conceptu imperfecto app  
hendantur : quia id exigit professio hominis Ch  
stiani, & non Catechumeni ad Baptismum.

NB. Quod si qui sint adeo rudes, ut nullis præ  
cationibus ob penuriam instructorum ex inuincibili  
ignorantia solum credant, quicquid Ecclesia credi  
excusandi à mortali sunt & saluandi. 377.

Parochi tenentur instruere, & sub censuræ po  
possunt cogi. 377.

3 Assert. 4. In omni hominum statu, necessitas  
præcepti, credi vel cognosci ea omnia debent, quæ  
vel fidei exercendæ, vel honestè viuendi causa  
litem requiruntur. Sic olim in veteri, animæ immu  
talitas, hominem egere gratia & iustitia, sub Mo  
Circumcisio : In lege noua, Missæ sacrificium, &  
ptem Sacramenta religiose colantur. Item fideles  
ligati, ut sciant Pater, Aue, Credo, 10. Præcepta Sa  
clesiæ, si non verbotenus, saltem secundum substantiam.

NB. Obligationem memoriter mandandi; Pater  
Aue, Credo, Decem præcepta esse solo sub veniali.

#### C A P. X.

*Quo tempore præceptum fidei diuina obligat*

NB. **D**uo esse præcepta Fidei, secundum ad  
internum. Vnum affirmatiuum, ut cre  
mus mysteria Fidei à Deo reuelata. Alterum negati  
uum, ut non dissentiamus fidei mysterijs, nec de  
rum veritate dubitemus. 377.

1 Assert. 1. Negatiuum non dissentiendi nec dubi  
tandi de articulis Fidei, postquam sufficienter præ  
positi nobis, obligant. 2. Affirmatiuum exerceri  
in



Interdum actum non omnitempore obligat, sed  
certis casibus. 1. Quamprimum homini proposita  
fidei mysteria, tenetur statim assentire, quia hoc  
iure naturali pertinet ad officium viatoris; ut dum in  
via est, ad propositum sibi finem tendat; id autem  
præstare non potest, nisi finem suum, qui Deus ac  
beatitudo est, cognoscat, & quæ ad hunc finem con-  
sequendum necessaria. 378.

Tunc mysteria fidei alicui sufficienter proposita  
consentur; quando ex notis propositis adeò appa-  
reat, ut secundum regulas prudentiæ moueri debeat  
ad fidem acceptandam, Regulæ prudentiæ sunt mi-  
rabilis ordo machinæ mundi, & dependentia ab ali-  
quo superiore gubernatore, ite persuasio tot. 1000.  
hominum prudentium. Accedit longè securius esse fi-  
dem hanc, quod Deus sit acceptare, & quod inqui-  
rentibus se remunerator sit: ne si non acceptatur, ni-  
hil muneris, sed pœnâ potius ab eo consequatur. 378.

NB. Turcæ & hæretici, cum de nostra Religio-  
ne audiunt, & dubitare incipiunt, tenentur ponde-  
rare, atque utrimque ponderati, tenentur ob notas,  
quibus nostram Deus ornauit, acceptare, etiamsi eo-  
rum secta eis verisimilis videatur.

Secundò exercitium fidei obligat in extremis, tum  
enim homo magis tentatur contra fidem, idcirco teta-  
tio illa contrario actu fidei superanda est. 379.

## C A P. XI

*De præcepto externæ fidei confessionis.*

**A**sert. I. Nullo casu licet externa voce aut signo  
fidem negare, est Christi Domini apud Matth.  
10. *Qui me negauerit.* Nam & præceptum negatiuum,  
V. C. ne fidem veram abneges, præcepta autè negati-  
ua, utpote iuris naturalis semper obligant. 380.

Q 4 Quod